

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuicium c
cum uariis

Leuis quidem sermo quia leuiter uolat sed grauiter uulnerat. Leuiter transit sed grauiter urit; leuiter animum penetrat sed non leuiter exit; leuiter profertur sed non leuiter reuocatur. Facile uolat, ideo facile caritatem uiolat. Tenerum membrum lingua, attamen uix teneri potest. Substantia quidem infirmum atque exiguum sed usu magnum et ualidum inuenitur. Tenuis est et lata, ideo aptissimum euacuandis sordibus instrumentum.

Bernardus in quodam sermone.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

(nulla)